



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Francisci Bonaldi Societatis Iesv Theologi, Divina
Ecclesiae Oeconomia**

Bonald, François

Coloniae, 1611

IX. De singulari gratia quam in Baptismo & Confirmatione recipimus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48916)

conseruabit. Nos autem, qui mediis
 tibus sacramētis in ecclesiam recep-
 sumus, & modo adhuc in ea conserua-
 mur, ne utiquā cessemus immortale
 gratias Deo agere, & hæc ipsa frequen-
 ter, qua possumus deuotione suscipi-
 re: Multa sunt, quæ hanc deuotionem ex-
 citare queant; sed præcipuū erit, si pa-
 ticularim consideremus, quam sapienter,
 & sanctè singula sacramenta institu-
 ta sint; & quem quodque fructum
 tam corporalem, quam spirituales
 conferat.

CAPIT NONVM.

*De singulari gratia quam in baptismo
 & Confirmatione reci-
 pimus.*

Genes. 3.

Ephef. 2.

Nisi primus homo sui penitus ob-
 litus debitam Deo creatori su-
 obedientiā negasset; neq; peccatū ori-
 ginale nos, qui ei⁹ genus sum⁹, infectū
 set; neq; natura filij iræ nasceremur,
 prout nūc nos nasci asserit Apostolus.
 Patrato autē peccato quid de eo iā in-
 quirimus, nisi malo huic conueniens
 remediū offeramus? Habemus; Instituit
 enim Christus in huius peccati me-
 delā sacramētū baptismi, vt per exte-
 riorem

riorem corporis ablutidnem, verbis sacramentalibus accedentibus, interiorius à peccato mundaremur, & gratiæ Christi restitueremur: Ideoq; illud sancti Doctores lanuam salutis appellat, eo q; sine illo nullus, aut in ecclesiâ, aut in regnũ cœlorũ admitti queat; generaliter enim dictum est: *Nisi quis renatus fuerit ex spiritu & aqua, non poterit intrare regnum cœlorum.*

Vnde benè declarauit Concil. Trident. hoc sacramentum debere conferri, nõ ijs solum, qui iam ad annos perfectæ rationis peruenerunt; sed etiam paruulis, prout antiqui Patres & Ecclesiæ Doctores docuerunt. Et quis quæso putabit Christum tanto bono voluisse paruulos priuare, cũ de illis ipse dicat, *Sinite paruulos ad me venire quia ipsorum est regnum cœlorum, & alibi, Non esse voluntatem patris cœlestis ut aliquis ex minimis istis pereat.* Itẽ si Circumcisio tẽpore legis, Iudeorũ paruulis fuit adhibita, cur non baptismus Christianorũ infãtib; cõferetur; maxime, cũ prius posterioris figura fuerit. Verũ missã faciamus hãc disputationẽ, cũ de re ipsa ex Ecclesię deter-

D. 6 minatio

D. Thom.
p. 3. q. 68.

a. 1.

Ioan. 3.

Cõc. Trid.
sess. 7. can.
12. & seq.

Chrysost.
Hom. de
Adam &
Eua. Aug.
l. 3. de peccat. merit.
c. 4.

Matt. 18.

minationibus satis constet: & potius dignitatem beneficij, quod baptisati recipiunt contemplemur; vel, ut clarius dicam, magnos & raros effectus huius Sacramenti, declaremus. Primus itaque baptismi effectus, est remissio peccati originalis, & reliquorum actualium, siue mortalia illa, siue venialia, & quantumcunque graua aut leuia fuerint; idque probatur prophetia & zechielis in persona Dei dicentis, *Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquamentis vestris*: Quam prophetiam impletam esse insinuat Apostolus, ad Corinthiis, qui baptismum susceperunt ita scribit *Hec quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri*: Idemque ex varijs eiusdem Apolloli locis, confirmat Conc. Trident. dum ait, *In venatis nihil odit Deus; quia nihil est damnationis illis, qui vere consepulti sunt cum Christo per baptismum in mortem. Qui non secundum carnem ambulant sed veterem hominem exuentes, & novum qui secundum Deum creatus est induentes, innocentes,*
immaculati

*Primus
baptismi
effectus.*

Ezech. 36.

1. ad Cor.

6.

*Conc. Trid.
ess. s. c. V.
c. 5.*

immaculati, puri, innoxij, Deo dilecti, effecti sunt. Ita concilium. Primarius igitur effectus baptismi est purgatio omnium omnino peccatorum; & ob hunc tanquam primarium finem institutus fuit, ut ex dictis patet, & illo Petri consilio, *Pœnitentiam agite & baptisetur unusquisque vestrum in remissionem peccatorum vestrorum.* Admirabilem itaque huius sacramenti virtutem videte: Qui baptismum non receperunt in fetoribus peccati, in ira Dei & in seruitute Diaboli perseverant; Baptisati verò ab omnibus peccatis puri sunt, & nitidi amici Dei, & de seruitute Diaboli liberati exultant.

Verum ulterius ad reliquos baptismi effectus progrediamur, ut gradatim maiora baptismorum bona, & comoda conspiciamus: Secundarius itaque Baptismi effectus est remissio omnis pœnæ peccatis debitæ, ita ut si contingeret baptisatū statim à Baptismo, nondum nouo peccato maculatum, ex hac vita decedere, nihil sit, quod ipsū ab ingressu paradisi remoretur, perinde ac si nulla omnino peccata fecisset.

D 7.

seti.

Secundus
Baptismi
effectus.

sent: Nam, ut inquit Paulus, *consepulti sumus cum Christo Iesu per baptismum in mortem*, id est, ut prius dixerat, *Pec- cato mortui sumus: & per consequens, ut inferunt antiqui Patres ab omni pe- na, & culpa absoluti & liberati sumus* pœnam inquam, quam pro nostris pec- catis infligendam susciperemus: nos autem de ordinationem concupiscen- tiæ, neq; miserias, & vitæ huius pœna- litates, quæ nostro commodo nobis relinquuntur, & profectui spirituali deseruiunt. Vnde *manere in baptisati concupiscentiâ, vel fomite sancta Synodus fatetur & sentit, quæ cum ad agonem re- licta sit nocere non consentientibus, sed utiliter per gratiam Iesu Christi repu- gnantibus non valet: Imo qui legitime cer- tauerit hic coronabitur. Quod autem tribulationes, & miseriarum huius vitæ occasionem meriti nobis dent, si illa patienter, & constanter feramus, lu- culenter insinuat Apostolus, cum de se ait, Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruavi: In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex: Non solum autem mihi, sed & ijs, qui*

August. 1.
de Nupt.
& Cōcup.
6. 23.

Con. Tyid.
seff. 5. c.
Vnic.

2. ad Ti-
mōth. 4.

dilig

mus
amp
eine
& c
ni: 8
id I
fuo
fice
vol
& p
aff
no
pro
qu
& p
mu
qu
tic
cis
eti
tu
nu
in
ait
eri
m

diligunt aduentum eius. Vt itaq; habeamus hostem de quo triumphemus, vt ampliorē coronā gloriæ victores obtineamus, noluit nos Deus cū miserijs, & calamitatibus huius vitæ colluctari: & quid si ob nullam aliam rationē id Deo placuisset, quā vt mēbra capiti suo conformarentur, nunquid nō sufficere debuisset? Imò sane: Si enim Deus voluerit filiū suum innocentissimum, & purissimum mille modis tentari, & affligi, oportebit etiam nos Christianos huic nostrō capiti conformari ac proportionari. Sufficiat itaque nobis quod per baptismū ab omni peccato, & pēna, tā æterna, quā tēporali liberemur: & Laudemus Dominū nostrum quod nos calicis sive tribulationis participes fecerit, eumque nobis, vt amicis suis propinauerit, vt hoc epotato etiam de illo æternę felicitatis in futuro participaremus: maximè, cum nunquam nos in miserijs sine solatio, in bellis sine subsidio relinquat Deus; ait enim, *Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.*

Verū ad mirabiles effectus baptismi redeamus: Dixi baptismō nos ab om-

Oportet
membra
cum capite
suo pati
vt cum eo
regnent.

Psal. 90.

Tertius
effectus
Baptismi.

ab omni peccatorum, & culpa, & poena liberari; quod ipsum præstat communicando nobis gratiam iustificationem, qua filij Dei, & hæredes regni celestis efficiamur. Nam, ut inquit Christus, *Qui crediderit & baptisatus fuerit hic saluus erit*: & Paulus, *Secundum misericordiam suam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationem Spiritus sancti, quem infudit in nos ab ipso deo per Iesum Christum Saluatorem nostrum*. Hoc ipsum Piscina illa quinquaginta portuum significabat, ut doctores volunt: Sicut enim in ea loti infirmi non solum morborum suorum medicinam sed ipsam sanitatem & bonam corporis dispositionem reportabant: Ita baptisati ex baptisino non solum peccatorum remedium, sed etiam animæ sanitatem, & sanctitatem, quæ in gratia Dei, & doctorum habitibus fita consequuntur. Imò etiam aliquando à morbis sanantur; refert enim S. Augustinus per baptisimū medicū quēdam à podagra, & ninā autē à cancri corruptione liberatos: Et ecclesiasticæ historix testantur, Theodosium Imperatorem ab episcopo Thessalonicensi baptisatum.

Matt. vlt.

Ad Tit. 3.

Ioan. 5.

August.

Tract 44

in Ioan.

Quartus

effectus

Baptisimi.

August. l.

22. de ci-

uit. c. 2.

Histor.

Trip. l.

9. c. 6.

Niceph.

lib. 12. c.

6. & lib.

7. cap. 13.

ptifatum sanitatem recepisse: & Constantinum Magnum suscepto baptifmo de manu Syluestri Papæ à lepra mundatum fuisse. Quæ quidem exempla peruetusta sunt, & ipsa sua antiquitate auctoritatem, fidemque merentur: sed tamen etiam hisce temporibus renouantur: Inter cætera enim B. Francisci Xauerij miracula, nouimus eum feminam quandam præ dolore partus penè morientem, dato baptifmo morbo liberasse, ac paruulo vitam conseruasse.

Verum præter hos effectus baptifmi sunt adhuc duo. alij scitu dignissimi. Prior est character baptismalis animæ impressus, quo tanquam nota, & simbolo ecclesiæ filij signantur, & aliorum sacramentorum capaces redduntur. Posterior in eo consistit, quod coelum peccatis clausum baptifmato aperiat: qui effectus in Baptifmo Christi præfiguratus est, dum celi aperti sunt, & Spiritus sanctus super ipsum in specie columbæ descendit: nã similiter dicere possumus recenter baptifato coelum aperiri, & dona spiritus sancti super ipsum distillari.

O qua-

*Hor. Tur-
selin. in
vita eim.*

*Quintus
effectus
baptifmi.*

*Sextus
ult.*

*Marc. 1.
Luc. 3.
Beda in
com. loc.*

O quātū igitur felices animæ, quæ in hâc natatoriâ piscinâ descēdūt, ex qua puri, & ab omni peccato mūdi, à peccati liberi, virtutib⁹, ac gratia ornati, signaculo filiorū Dei signati, & hæredes cælorū effecti ascēdūt! O quātū diuinæ benedictioni, quæ ijs lauacrū, tā facile & efficacax præparauit, Obligātur! Iudeorum masculi p̄ remedio peccati originali sacramētū, & signaculū Circumcisionis suscipere tenebātur, sed q̄ molestissimū hoc signū fuit, cuius dolore nonnulli enecābātur; & tamē, vt multorū est opinio nullā grātiā ex se, aut opere operato, vt theologi loquūtur cōferēbant.

Benedicamus itaq; tā infinitè bono Deo, & laudemus eū, eò quod nos per baptismū à peccatis abluerit: & in posterū ipsi nos omni ope caueam⁹, ne iterū denuo maculemur, ad q̄ gratiarū donū & virtutes in baptismō susceptę plurimū cōferent. Et si adiūgatur sacramētū Cōfirmationis, hæc ipsa dona virtutes que plurimū cōfirmabit, solidabitq;

Nam Sacramētū Confirmationis baptismū sequitur; & cōfirmatio dicitur, non quod baptismum, aut quod in baptismō promissum est ratificet; sed quia

Comparatio Baptismi cum circumcissione.

*De Confirmatione
D. Thom.
p. 3. q. 72.
c. 4.*

quia baptisatū noua ac speciali gratia Cōc. Trid.
 cōfirmat, eūq; roborat ad resistendum *sess. 7. c.*
 insultibus spiritualis inimici; & ad fi- *1. Aug. 1.*
 dē cōstanter corā tyrannis, aut alijs eā *3. contra*
 oppugnantibus, profirendum animat. *ep. Peti-*
 In baptismo, inquit Doctores, ho- *liani c.*
 mo noua vitæ nascitur; in confirmati- *104.*
 one adolescentiā ingreditur: In illo *Hieron.*
 militia Christi ascriptus est; hic ad a- *contra*
 ciē ipsā admissus. Scribit Clemēs Ro- *Lucifer.*
 manus se à S. Petro intellexisse, Nemi *Melchiad.*
 nem perfectum Christianorū esse, qui *ep. ad His-*
 septiformē spiritus sancti gratiā in sa- *panos.*
 cramento Cōfirmationis; ab Episcopo *Clem. Rō.*
 sibi collato, nō recepisset; quasi dicere *ep. ad las.*
 voluisset, Quāuis in baptismo gratiam
 aliquā accipiamus, ea tamen neutiquā
 ita copiosa, aut perfecta est, quā quæ
 nob. s per Confirmationē confertur; *Luc. vii.*
 Et hac de causa Christ^{us} voluit Apосто-
 los suos quietos in ciuitate manere,
 donec vestirentur hac gratia ex alto,
 quæ eis de factō in maxima abūdantia *Act. 2.*
 collata fuit: Scriptum est enim eos
 dum complerentur dies Pentecostes,
 ita Spiritu Sancto repletos fuisse, vt
 abiecto omni metu, qui eos quasi ca-
 ptiuos occlusis foribus continu-
 erat, foras eruperint, ac cum sum-

ma totius ciuitatis admiratione, maximo feruore euangelium prædicant: & S. Petrus, qui ad Ancillæ officii vocem Dominum suum negauerat, tam audax & animosus euasit, suam & discipulorum suorum causam perorans, totum apostolorum collegium ab irrogata ebrietatis calumnia, vendicari; & gentibus, ac Iudeis innocentiam Christi, quem crucifixerant, & quod esset Deus, adeo uide demonstrari, ut plurimos eos ad poenitentiam, & sceleris sui detestationem adduxerit.

*Effectum
Confirmationis.*

Concludo itaque Confirmationem esse sacramentum utile & sacrosanctum: cum sicut cætera omnia, gratiam conferat, & sicut aliqua characterem imprimat. Sicut enim in baptismo character filiorum Dei, ita in Confirmatione tessera militum Christi suscipitur.

Expediens itaque, & necessarium est, ut Episcopi, quorum proprium munus est hoc sacramentum conferre, diligentes sint in hoc munere obsequando, & singulis illud petentibus faciles tribuant: parentes autem sedulo

esse oportet, vt filios licet iuniores
 adhuc sint representent, nec huius de-
 fectu in tērationes & laqueos incidā
 Diaboli: imò in errores, hāreses ūe ex
 quibus se extricare nequeant prola-
 bantur: Refert historia Ecclesiastica
 Nouatum hāresiarcham nūquam per-
 fectē Spiritum Sanctum habuisse, eo
 quod ab Episcopo confirmatus non
 esset, adeoque tam superbæ hāresis
 authorem extitisse. Quantum piaculū
 superiorum gratam episcopi duxerint
 administrationem huius sacramenti
 negligere, exemplis docebo: S. Ansel-
 mus, prout narrat Ediuerus vitæ eius
 scriptor, ad mortem vsque malè ha-
 buit, quod filiulam quandam ad con-
 firmationem sibi præsentatam, suasu
 suorum clericorum repulisset: licet
 hoc ipso puncto discedendum inde ei
 fuerit. Sanctus Maurillus adeò doluit
 se confirmationem alicuius pueruli,
 qui interea temporis obiit, distulisse,
 donec missæ sacrificium peregisset, vt
 abdicatione episcopatu patria extorris
 alicubi hortulanus factus fuerit. Verū
 cum ad suos redire compelleretur, nō
 prius cogentibus acquieuit, quam re-
 suscita.

Euseb.

*Ediuer. in
 vita An-
 sel.*

*Surius in
 eius vita.*

suscitatum à morte paruulorum, confirmationis sacramento muniuisset. Estimabant ergo hi viri sancti, confirmationem maximum aliquod bonum spirituale fidelium mètibus communicare.

Vincent. l.

4. Speculi

Hist. c. 18.

Bernard.

in vita.

S. Malach.

Et si de corporis bonis inquisimus hoc sacramentū cæco nato visum didisse; & lunaticæ mulieri sanitate restituisse inueniemus.

Ergo agite fideles, Si nondum confirmationis sacramentum suscepimus vt quam primum suscipiamus annuemur; eoque suscepto Iesum Christum laudemus, & pro tanto beneficio gratias decantemus. Nos ipsos autem hilarem & consolemur, quod sic per baptismum ab omni sorde peccati emundati, familiæ Christi ascripti sumus, ita per confirmationem, vt in domo, & fortis armati atriis peruenimus etiam ipsi armati simus. hæc est illa consolatio, quam nobis sui temporis Christianis gratulatur

Ephes. 2.

Apostolus, cum scribit, *Iam non estis hospites & aduena, sed estis ciues sancti & domestici Dei.* quasi dicat, Accepti sunt vobis in domum & familiam Dei, & suscepti in baptismum eratis extra ecclesiam

nam Dei, nihilque iuris in regnū cœ-
lorum vobis competebat: Baptisati
autem Ecclesiæ filij, & regni cœlestis
hæredes instituti estis.

Grato itaque animo hanc consola-
tionem suscipiamus, & summopere
annitmur, vt vtrumq; hoc sacramen-
tum, ijs qui nondum susceperunt, aut
ipsi conferamus, aut per alios confer-
ri procuremus; maximè autem, vt
paruuli baptisentur; quos sicuti ba-
ptisare magnum meritum est, ita
eos tua negligentia hoc bono priuari
summū peccatū est. Super omnia autē
aduigilemus, ne fructum baptismi,
& confirmationis supina nostra incu-
ria amittamus: Verum quidem est
characterem filiorum Dei nunquam
ex anima abradi, insigne militum
Christi nunquam nobis eripi posse;
notæ enim hæ tanquam characteres
indelebiles ipsi animæ inhærent, benè
tamen gratiā & virtutes, quæ his me-
diantibus, aut comitantibus collatæ
sunt amittere possumus: Et si forte in-
fortunio aliquo, & nostra culpa ea
perdidimus, omnem diligentiā, vt eadē
recuperemus, adhibeamus; Nā in hunc
• finem

finem sacramentum poenitentiae in
sua Ecclesia Saluator noster infl
fuit.

CAPVT DECIMVM.

De maxima vtilitate confessionis
sacramentalis, & Extrema
Vnctionis.

Remedium, quod nobis ad sanand
vulnera, quae nobis post baptis
inflicta sunt, collatum est, & nos ne
huius mundi vasto oceano submerga

Hierō. ep. mur praeservat, est sacramentum Po
ad Deme nitentiae, seu Sacramentalis confessio
tria. nis, quod antiqui Patres & Concil
Cōc. Trid. Trident. *secundum post naufragium*
Se. 14. *bulam* appellant, eo quod baptis
can. 2. fit prima ad salutem via; poenitentia
altera. Huius partes, ut aiunt docto
res, tres sunt, Contritio, Confessio
Chrylost. Satisfactio: *Verapoenitentia*, inquit
Serm. de Chrylost. cogit peccatorem omnia aq
Penit. animo perferre: Cum itaque contritio
consistat in corde, confessio in ore, humilitas
in opere: conueniens est. ut sicut Deum
Corde, ore & opere offendimus, ita eidem
contritione cordis, confessione oris, & sa